



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Constitvtiones Societatis Iesv

Ignacio <de Loyola>

Romae, 1570

Qvod Præpositvm Generalem, & quidem perpetuum, dum vixerit, esse oporteat. Cap. I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68489](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68489)

NONA PARS

DE IIS, QUÆ AD CA-
PVT SOCIETATIS,
& gubernationem ab eo de-
scendentem perti-
nent.

QVOD PRÆPOSITVM
Generalem, & quidem perpetuum,
dum vixerit, esse oporteat.
Cap. I.



VTI IN omnibus Rebuspub. vel
Congregationibus bene constitu-
tis, præter eos, qui ad fines par-
ticulares in eis tendunt; neces-
se est, esse aliquem, vel etiam plu-
res, qui boni vniuersalis curam ha-
beant, & vt ad proprium finem, ad id tendant:
sic etiam in hac Societate, præter eos, qui particu-
laribus domibus, Collegijs, & Prouincijs etiam,
in quibus huiusmodi sunt Domus, vel Collegia,
præsunt, necesse est, esse aliquem, qui vniuersæ So-
cietatis curam habeat; qui hunc sibi finem consti-
tuat, vt bene gubernetur, conseruetur, & augea-
tur totum Societatis corpus; & hic est Præpositus
Generalis; qui cum duobus modis eligi posset, sci-
licet, vt ad tempus aliquod definitum, vel vt quan-
diu

DECLARATIONES
In nonam Partē.

IN CAPVT
I.

A ¶ Præter rationes, quæ

in hac Constitutione attinguntur, ut Generalis ad vitam constituitur; sunt et aliæ. Vna est, quod longius recedet omnis cogitatio et occasio ambitionis, quæ huiusmodi officiorum pestis est, quàm, si certis temporibus esset eligendus.

Altera, quod facilius est, unum idoneum, quàm plures, ad hoc munus inueniri.

Tertia est, exemplum, quod sumitur ex communi ratione gubernationum magni momenti quæ ad vitam esse solent, tam in ecclesiasticis, summi Pontificis, & Episcoporum; quàm in secularibus, Principum, ac Dominorum. De remedio autem, quo evitentur aliqua incommoda, quæ sequi possent ex huiusmodi officio, si ad vitam teneatur; inferius capite quarto agetur.

B ¶ Maior erit Præpositi authoritas, si mutari non poterit; quàm, si ad vnum vel plures annos eligeretur, cum externis, quia magis omnibus notus erit; & cum ijs, qui de Societate sunt, propter rationem eandem. Et contra, scire, quod eo officio aliquando sit perfunctorus, et equalis, vel inferior alijs futurus; esse etiam in eo parum exercitatum, authoritatem potest imminuere.

C ¶ Constat,

diu viuet, Societati præsit: * pro A
pterea quod experientia, & in gu
bernando exercitatio, & homi
num particularium notitia, * & B
erga eosdem authoritas' confert
magnopere, vt bene hoc munus
obeat; ad vitam, & non ad tem
pus aliquod præscriptum erit eli
gendus.

gendus. Accedat autem ad cætera hoc commodi ex eo, vt Societas in rebus magni momenti ad Dei gloriam satis ferè semper occupata, * vniuersalibus his Conuentibus minus laboris & distractionis patiatur.

QUALIS ESSE

debeat Præpositus Generalis.

Cap. II.

A * **I** **N**TER dotes varias, quibus ornari Præpositum Generalem optandum est, omnium prima hæc erit; vt cum Deo ac Domino nostro quam maximè coniunctus, & familiaris, tam in oratione, quam in omnibus suis actionibus sit; vt eò vberius ab ipso, vt boni totius fonte, vniuerso corpori Societatis abundantem donorum, ac gratiarum eius participationem, ac multum valoris, *executionem perficit, quodque ex bonis corporis, & externis iuuare poterit, & iuxta ordinem positum, momentum earum estimandum est.*

C ¶ **C**onstat rarius Congregandam vniuersam Societatem, si Præpositus ad vitam eligitur: quandoquidem quæ fiunt Congregationes, maiori ex parte ad eius electionem, & rarò in alijs occasionibus fiunt.

IN CAPVT II.

A ¶ **A**D has sex partes, vt primarias, reliqua reducuntur; quandoquidem in eis Præpositi perfectio consistit erga Deum: quodque eius affectum, intellectum; & executionem perficit, quodque ex bonis corporis, & externis iuuare poterit, & iuxta ordinem positum, momentum earum estimandum est.

B ¶ **E**t sic